

musaicis liniamentis? quia in tanta magnificentiaque industria posita fuere; quod lingua ad exprimendum longum foret, et a quo latere incipere vellem, evanesc.

Prope introitum eclesie, in platea, columpna LXX cubitorum alta videtur: cuius in capite Justinianus eneus equester habetur, qui a leva pomum aureatum tenet, cum dextera vero versus orientem atque Turchiam minatur.

Hic est ille Justinianus, qui, iustissimus princeps, Romanorum imperium armis et legibus reparavit. Nam per Bellissarium, virum belicosum, devictis Persis, qui invaserant fines Romanos, Africam liberavit de manibus Vandalorum; et Italiam de manibus Gothorum. Iterum Romam liberavit de manibus Totile flagellum Dei, quem manibus propriis interfecit.

Ad meridiem vero, non longe a dicta eclesia, ipodromos distenditur et ampliatur, quod latine equicursus appellatur. In hoc autem spatio nobiles coram iubabant populo, et duella atque torniamenta parabantur. Est enim in longitudine brachia sexcenta nonaginta, et centum viginti quatuor ampliatur, totum supra columpnas hedificatum. Sub quo amplissimam cum optima aqua cisternam videbis. Ad meridiem in capite huius triginta amplissime columpne eri-

in tanta magnificentia industriose posita fuerunt, quod lingua humana vix exprimere posset.

Prope introitum eclesie, in platea, columpna septuagintorum cubitorum alta videtur: cuius capite Justinianus eneus equester videatur, in leva pomum auratum tenens, dextra vero versus orientem atque Turchiam minans.

Hic est ille Justinianus, qui, instissimus princeps, Romanorum imperium armis et legibus reparavit. Nam per Belisarium, virum belicosum, devictis Persas, qui invaserant fines romanos, Africam liberavit de manibus Vandalorum; et Italiam de manibus Gothorum, iterum Romam liberavit de manibus Gotille flagellum Dei, quem manibus propriis interfecit.

Ad meridiem vero, non longe a dicta eclesia, ypodromos distenditur et ampliatur, quod latine equi cursus apelatur. In hoc autem spatio nobiles coram populo astiludebant, et duella atque torniamenta parabantur. Est enim in longitudine brachia sexcenta nonaginta, et centum viginti quatuor ampliatur, totum supra columpnas hedificatum. Sub quo amplissimam cum optima aqua cisternam videbis. Ad meridiem in capite huius triginta amplissime columpne eri-

torefreis infinitis, cum musaycis ornamentiis? quia in tanta magnificentia industriaque posita fuere, quod lingua ad exprimendum longum foretur, et a quo latere incipere vellem, evanescho.

Prope introitum eclesie, in platea, columpna septuaginta cubitorum alta videtur: cuius in capite Justinianus eneus equester habetur, qui a leva aureum in manu pomum tenet, cum dextera vero versus orientem atque Turchiam minatur.

Ad meridiem autem non longis nimis, ypodromos ampliatur, idest equi cursus. In hoc autem spacio nobiles coram populo astiludia faciebant, duela atque torniamenta parabantur. Est enim in longitudine brachia ccclvi, et centum viginti quatuor ampliatur, totum supra columpnis hedificatum. Sub quo amplissima cum aqua cisterna est. Ad meridiem in capite huius triginta amplissimeque altissime columpne eriguntur; in quo eroes omnia videre poterant. Ab alli